Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Hic herodes qui infantes occidit. filius antipatri. sacerdotium in iherusalem uendidit. Cuius in hac serie uxta se habent series. subtus uxores. inferius filios.

Iste herodes proselitus rex constitutus iudee ab antonio et augusto. per sosium .iiii. anno postquam in regnum introductus est .iiii. uxoribus suis hos habuit filios. qui hic annotantur. Cuius uxore marianne occisa. innocentibus quoque trucidatis. filiis suis antipatro. alexandro. aristobolo interfectis. tandem miserabiliter moriens archelaum substituit.

Iste gentilis antipater ydumeus natione .iiii. filios habuit. quorum unus herodes ascalonita rex fuit in iudea. cui data fuit in uxorem neptis hyrcani mariamnes. propter quam regnum habuit. et se circumcidit. qui post infantes occisos vi. annis regnauit quibus dominus in egipto latuit.

Tempore annii rufi. mortuus est augustus. postquam regnauerat annis lvii. mensibus vii. diebus .x. ex quibus .xiiii. uel .xii. annis antonius cum eo regnauit.

Natus est dominus .xlii. anno regni augusti. tricesimo anno regni herodis. nocte dominice diei.

Augusto successit tyberius. qui ualerium misit procuratorem iudee. Cui palam uendebat sacerdotium. post annam amouens. ysmahelem constituit. postea eleazarum anne filium. deinde simonem. tandem iosippum. qui et cayphas dictus. sub quo dominus passus est.

Paulus et barnabas in antiochia a spiritu sancto sunt segregati. xiii. anno a passione domini. et ascendentes ad iersalem. ad petrum et iacobum. qui eis manus imposuerunt. .xiiii. anno ad predicationem profecti sunt. Quibus postea separatis. paulus post longam predicationem. romam ueniens. postquam xii. annis in libera custodia sub nerone manserat. xiiii. anno neronis est passus eodem die quo et petrus.

Deus pater.

Antipater.

Herodes ascalonita. Phaselus. Josippus. Feroras. Saloma.

Terminatur quinta etas. d. lxxx. v. annorum.

augustus cesar.

Hismeria. SORORES. Anna.

Tres uiri anne.

Zacharias. Elisabeth. Salome. Joachim. Cleophas.

Iohannes baptista.

Uxores herodis quatuor.

Mathaca. Marianne. Dosis. Cleopatra.

Christus puer.

filii herodis. filii mariamne. filii dosidis. filii cleopatre.

Archelaus. Aristobolus. Alexander. Antipater. Philippus. Herodes antipas.

Coniuges. Coniuges. Coniuges.

Maria. Zebedeus. Maria. Joseph. Maria. Alpheus.

Sub isto archelao redit ioseph de egipto in iudeam.

Componius. Herodes agrippa. Herodias.

Christus resurgens.

Marcus.

Annius rufus.

Valerius.

Pontius pilatus.

Archelaus post longa certamina cum fratribus dyarchus ydumee et iudee factus. promissione regni elatus. ob tirannidem apud cesarem accusatus. uiennam est in exilio relegatus. cuius finibus in prouinciam redactis. procurator missus est iudee componius.

Herodes antipas sub quo dominus est passus et iohannes decollatus. tetrarcha galilee fuit. post longam concertacionem cum archelao de regno. inuidens herodi agrippe regi iudee post passionem domini facto. suasu uxoris romam tendens. accusatione herodis agrippe in exilium lugduni est detrusus.

Iste herodes agrippa

in uarietate fortune sepe expertus. datis sibi tetrarchiis. philippi. lisanie. herodis antipe. et quarta. in iudeam in regem a gaio promotus. ad uoluntatem iudeorum occiso iacobo. honores diuinos sibi passus exhiberi. iste mortis nuntium bubonem uidit.

Christus passus.

Petrus. Jacobus. Johannes. Jacobus minor. Symon. Thatheus.

Andreas. Philippus. Bartholomeus. Matheus. Thomas. Mathias.

Paulus. Tiberius cesar. Joseph qui et barsabas. Barnabas.

Frater Gerhardus.

Est ab adam donec ad christum biblia texta.
Moyses ut auctorem noscas. uitreque dantorem.